

Joannis Victor & Francisci de Arianis de Parma, necnon octo examinatorum in prima visione, scilicet, Francisci de Maximis, Hieronymi Pauli, Jacobi Fiella, Joannis de Rio, Petri Leopardi, Jacobi Casanova, Joannis Copis, & Francisci Gafeti, Abbreviatorum earundem literarum, Abbreviatorie officia, & loca, dum per cessum, vel decessum, aut promotionem, privationem, seu quamvis aliam dimissionem predictorum, & aliorum quorumcumque, qui officia & loca ipsa pro tempore obtinebant, ad liberam ipsius Roderici Episcopi & pro tempore existentis Vicecancellarii dispositionem pertineant, possitque & debeat ipse Rodericus Episcopus et pro tempore existens Vicecancellarius, aut per eum ad hoc specialiter deputatus, illorum resignationem recipere, et admittere, ac per suas literas suo sigillo pendente munitis de illis dum pro tempore qualitercumque vacaverint, per seipsum seu ejus Locumtenentem, seu ad hoc ab eo speciale mandatum habentem personis idoneis providere, et exigentibus personarum meritis & sufficientia super earundem personarum, quibus ipse providerit de hujusmodi officis, et locis requiritarum qualitatibus defectibus, cum sibi placuerit aut deputatus hujusmodi dispensare, cum eisdem personis ad ipsa officia & loca obtinenda. Non obstantibus predictorum Benedicti & Callisti literis prefatis super habilitate, & illi quibus de eisdem officis & locis ipse Rodericus Episcopus, & pro tempore existens Vicecancellarius, seu deputatus, duxerit suis literis providendum, ad officia & loca ipsa absque aliqua alia provisione recipiantur, & admittantur. Ita quod dictae literae predicti Roderici Episcopi, seu ad hoc ab eis specialiter deputati, vel pro tempore existentis Vicecancellarii, quas absque aliarum literarum Apostolicarum desuper conficiendarum expeditione, perpetuae firmitatis robur obtinere decernimus, iis quibus officia ipsa & loca concesserit, & assignaverit, plenissime & per omnia valeant, & suffragentur, ac si super iis officiis, & locis, literae Apostolicae confecta & expedita fuissent. Quodque recepti ad officia & loca ad quae recepti fuerint, suo ordine collocentur. Sicque continuo per ipsum Rodericum Episcopum, & pro tempore existentem Vicecancellarium absque contradictione qualibet observetur.

26. Decernentes de similibus consilio, & assensu fratrum predictorum, quicquid secus super iis ad predicti Roderici Episcopi, & pro tempore existentis Vicecancellarii dispositionem, ut praemittitur spectantibus officiis, & a nobis aut successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, absque expresso predicti Roderici Episcopi, & pro tempore existentis Vicecancellarii consensu contigerit attentari, irritum, & inane, nullusque roboris vel momenti existere.

Clausula preservativa.

§.27. Reliquorum vero quorum nomina & cognomina, &c., & eorum loco per quamcumque vacationem seu aliam dimissionem ad hujusmodi officia subalternandorum officiorum, & locorum Abbreviatorie, & literarum hujusmodi dispositio ad nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem pertineat. Ita ut idem Rodericus Episcopus, & Vicecancellarius, etiam praetextu per nos sibi dudum generaliter concessa facultatis praedictae disponendi de locis ac officiis Cancellariae praedictae, de ipsorum reliquorum Abbreviatorie officiorum ad nos, ut praefertur pertinentium dum vacabunt, dispositione se nequeat impedire. Non intendentes tamen facultati praedictae propter hoc, ex eo quod ipse Rodericus Episcopus & Vicecancellarius ea forsitan haecenus usus non foret, in aliquo derogatum censeri, imo licere sibi cum voluerit ea quam praesentem tenore sibi pro potiori cautela suffragio litterarum nostrarum desuper continentiam, atque formam, de eorumdem fratrum consilio & assensu, etiam de novo ad veriorum cautelam concedimus cum sibi placuerit libere uti.

§.28. Et ut praemissa omnia saltem metu poenae firmissime & validius observentur, omnibus, & singulis quos praesens tangit negotium, etiam sub poena excommunicationis, praecipimus & mandamus, quatenus praemissa omnia, & singula prout superius continentur, sublata eis quacumque aliter interpretandi facultate, & auctoritate inviolabiliter observent.

§.29. Mandantes ipsi Roderico Episcopo, & pro tempore existentis Vicecancellario, ut omnia praedicta sub poenis arbitrio suo ferendis, faciat ab omnibus inviolabiliter observari.

§.30. Decernentes praesentibus nostris literis, & earum singulis clausulis per quascumque alias literas seu mandata Apostolica nullatenus in aliquo derogatum esse censeri, nisi literae, & mandata derogatoria hujusmodi consistorialiter de simili fratrum nostrorum consensu fuerint expedita.

§.31. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis &c.

Nulli ergo, &c.
Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, tertio Idus Januarii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Rel qua praedicta officia, collatione Pontificis relectantur.

Præceptum prefata omnia observandi.

Vicecancellarius met executor deputatur.

Clausula preservativa.

Clausula derogatorie.

Dat. P. An. 8. die 11. Jan.

Dam-

XX.

Damnatio quarundam propositionum a Petro de Osma, & aliis temere proditorum, praefertim circa peccatorum confessionem, & alia Sanctae Rom. Ecclesiae Sacramenta,

SIXTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Petrus de Osma & plerique alii multas scandalosas propositiones defendebant.

Incipit ea quae de nostro mandato rite sunt, plenam obtineant roboris firmitatem, tamen illis interdum nostri muniminis robur adjicimus, ut eo firmitus illibata persistant, quo magis nostro fuerint praesidio communita.

§.1. Dudum siquidem ad audientiam nostram deducto, quod a modico tunc decurso tempore citra, in Hispaniarum regnis, & praefertim in universitate Studii Salamantini, fuerant, & adhuc erant, nonnulli iniquitatis filii, qui quasdam falsas sanctae Catholicae fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & male sonantes propositiones, praefertim circa peccatorum confessionem, & Ecclesiastica Sacramenta in studio hujusmodi, & in frequentissimo hominum coetu, veras esse publice affirmare, & pertinacissime sustentare, ac defendere, apertissimas Sacrae Scripturae auctoritates eorum erroribus repugnantes, illarum rectum, & apertum sensum, falsis eorum interpretationibus impudenter violando refellere, hujusmodi quoque eorum falsa dogmata manifeste haereticae pravitate labem continentia, in aliorum mentes inserere, & simplicium animas illaqueare, & ut illa in plurium notitiam pervenirent, & in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere, & in publicum, ut illos legendi omnibus esset facultas, tradere praesumpserant eatenus, & praesumebant.

Hic ideo Pontifex Archiepiscopo Toletano commisit earum plenam examinationem, & praefertim reductionem, ac illarum constitutionem, & quatenus pertinentes essent, eos haereticos declarari iussit.

§.2. Nos tunc venerabili fratri nostro Alphonso Archiepiscopo Toletano per alias nostras literas commisimus, ut assumptis secum aliquibus in Theologia Magistris, & aliis viris literatis, vocatis iis qui propositiones ipsas veras esse affirmare nixi erant, & nitebantur in dies, & auditis quae ipsi pro illarum veritate, & alii Christiani fideles ad dilucidandum earum falsitatem deducere vellent, an quae in propositionibus hujusmodi continebantur, falsa, & fidei praefatae contraria, erronea, & male sonantia existerent, auctoritate nostra decideret, & declararet. Et declaratione hujusmodi facta, illos quos in praemissis culpabiles esse reperiret, si juxta Sanctorum Patrum instituta, & canonicas sanctiones, se emendare, & depositis de cordibus eorum totaliter erroribus praedictis ad Ecclesiae unitatem, haereticae labie hujusmodi abjurata, redire, & juxta declarationem suam tales propositiones esse scandalosas, falsas & haereticas, ac male sonantes fateri, & desuper confectum

Tom. III, Par. III.

librum hujusmodi retractare, & cum effectu refutare recuarent, & in illis, eorumque erroribus pertinaciter insistere vellent, haereticos, ac censuris & poenis in tales a jure promulgatis irretitos esse decerneret, plena sibi desuper auctoritate concessa, prout in nostris inde tunc confectis literis plenius continetur.

§.3. Postmodum vero sicut accepimus praefatus Archiepiscopus ad executionem dictarum literarum, earum forma servata, rite procedens, dilectos filios Petrum de Praxamo, & Petrum de Ocanno, sacrum de Caloca, necnon Didacum de Betonno, Martinum quoque Alphonso de la Torre magistris, & Petrum Didaci de Costana, & Joannem de Quintana paglia licentiatos in Theologia, necnon Tellium de Buendia Toletanum & Vascuno de Pi-beja de Talavera in eadem Ecclesia Archidiaconos, Marchiones, & Ehomam de Evenea, & Joannem de Medina decretorum doctores, ac Gariam Fernandi de Alcalá in eisdem decretis licentiatum, & alios quamplures Magistros in Theologia, ac Doctores, & licentiatos in eisdem decretis, alios quoque quamplurimos doctos & licentiatos literatos viros, ex diversis regnorum praedictorum locis, pariter & dilectum filium Petrum de Osma propositionum praedictarum auctorem, eisque sequaces coram se ad suum Oppidum de Alcalá Toletanum diocesis evocari fecit, & dicto Petro de Osma ac sequacibus minime comparentibus, debito tempore expectatis, matura super omnibus propositionibus praedictis deliberatione prehabita de unanimi consilio & assensu Magistrorum & Doctorum praedictorum, declaravit illas propositiones, per quas Petrus de Osma, & ejus sequaces praedicti pertinaciter affirmare non verebantur, Confessionem peccatorum in specie, ex universalis Ecclesiae realiter statuto, non divino jure compertam fore. Et peccata mortalia, quoad culpam & poenam alterius saeculi absque confessione sola cordis contritione, pravas vero cogitationes sola displicentia deleri; Et quod confessio secreta sit, necessario non exigi. Et non peracta poenitentia, contentes absolvi non debere. Et Romanum Pontificem, purgatorii poenam remittere, & super his quae universalis Ecclesia statuit, dispensare non posse. Sacramentum quoque Poenitentiae, quantum ad collationem gratiae, naturae, non autem institutionis novi aut veteris testamenti existere, & alias quas propter earum enormitatem, (ut illi qui de eis notitiam habent obliviscantur earum, & qui de eis notitiam non habent ex praesentibus non instruantur in eis) silentio praetereundas ducimus, falsas, sanctae Catholicae fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, ac a fidei veritate alienas, ac Sanctorum Patrum decretis, & Apostolicis constitutionibus contrarias fore, manifestam haerem continere, dictarum literarum, & per illas sibi concessa facultatis vigore, declaravit, &

Qui Archiepiscopus eadem propositiones, Petro eisque sequacibus vocatis, examinavit, & falsas & haereticas esse declaravit.

Y 2 pro

Hic Pont. eisdem in suo Constituto relatis antedictarum propositionum examinationem duobus Cardinalibus delega vit, qui eas erroneas esse eidem retulerunt.

Ideo idem Pont. Archiepiscopi declarationem approbat.

Ipsaq. dictas propositiones erroneas esse decerni.

Et contra impenitentes sicut contra hereticos ab Archiepiscopo procedi mandata.

Haeque literas, & Petri de Osmia abjuracione publicas praecipit.

protalibus haberi, & reputari debere de crevit, prout in quibusdam authenticis scripturis desuper confectis, plenius continetur.

§.4. Et demum praemissis sicut praefertur gestis & propositis in Consistorio coram nobis. Nos dilectis filiis nostris, Stephano tituli S. Mariae Transtiberim, & Joanni tit. S. Praxedis Presbyteris Cardinalibus commissimus, ut de praemissis gestis per ipsum Archiepiscopum diligenter se informarent, et quae invenirent, nobis et aliis fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus referrent. Qui tam zelo fidei quam ut nostris parentem mandatis, onus hujusmodi prompta voluntate suscipientes, cuncta diligenter rimarunt, et quae invenerunt, nobis & aliis fratribus nostris memoratis fideliter retulerunt, propositiones praefatas erro eas fore, pluribus auctoritatibus & rationibus, praeter illas quas in Archiepiscopi processibus invenerunt, etiam demonstrantes, zelo fidei memorata.

§.5. Nos igitur ad quem spectat, errores hujusmodi extirpare, habita eorumdem S. Mariae in Transtiberim, & S. Praxedis Cardinalium relatione praedicta, ipsius Archiepiscopi solertiam & diligentiam in praemissis, plurimum in Domino commendantes, ex certa nostra scientia, Archiepiscopi declarationem, & decretum hujusmodi, & prout illa concernunt, omnia & singula in scripturis praedictis Archiepiscopi super praemissis confectis contenta, auctoritate Apostolica tenore praesentium, de eorumdem referentium & aliorum fratrum nostrorum unanimi consilio & assensu laudamus, confirmamus & approbamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, suppletes omnes & singulos defectus, si qui forsitan interveni- t in eisdem.

§.6. Et nihilominus pro potioris cautele suffragio, omnes & singulas propositiones praedictas, falsas, sanctae Catholice fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab Evangelica veritate penitus alienas, Sanctorum quoque Patrum decretis, & aliis Apostolicis constitutionibus contrarias fore, ac manifestam haereticam continere, dicta auctoritate declaramus.

§.7. Praefato quoque Archiepiscopo, scientia, & auctoritate praedictis, committimus & mandamus, ut contra dicti Petri de Osmia sequaces praedictos, si hujusmodi haereticam, in quam prolapsi sunt abjurare, & eundem Petrum prout errantem secuti sunt, errores suos abjurantem, & se emendantem sequi recusaverint, aut malitiose distulerint, juxta praedictarum aliarum nostrarum literarum contentiam, tamquam haereticos procedere non omittat.

§.8. Et ut gesta per eum probe & laudabiliter, zelo fidei de mandato nostro, & per nos merito approbata, ad omnium illarum incolarum partium notitiam facilius perveniant, qua habita, possint se ipsos, ita ne in praedictos prolabantur erro-

res, liberius custodire, praesentes nostras literas, cum processu per eum habito, ac dicti Petri abjuracione, singulis illarum partium Episcopis significare non omittat, qui post significationem eandem, Clero & populo suarum Civitatum & dioecesium ea publicari procurent, & generaliter omnia faciant, quae pro hujusmodi haereticis extirpatione necessaria fuerint, seu quomolibet opportuna videbuntur.

§.9. Non obstantibus &c.
§.10. Nulli ergo &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, quinto idus Augusti Pontificatus nostri anno Octavo.

XXI.

Approbatio antiqui ritus orandi Psalterium B. Mariae Virginis, cum indulgentiarum pro sic orantibus largitione.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

EA quae ex fidelium devotione ad Dei omnipotentis, & gloriose Virginis Mariae laudem & gloriam pie ordinata sunt, ut firma permaneant nostrae approbationis robore solidamus, ac fideles ipsos ad devotionis opera exercenda indulgentiis & remissionibus libenter invitamus, ut exinde reddantur divinae gratiae aptiores, maxime cum Catholicorum Principum id exposcit devotio, & hoc conspicimus in Domino salubriter expedire.

§.1. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Francisci Ducis, & dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Margaritae, eius Conthoralis Ducissae Britanniae nobis sicut nuper propositum, quod in Ducatu Britanniae & pluribus aliis locis crescente fidelium devotione ab aliquo tempore citra, innovatus esset certus modus, sive ritus orandi pius & devotus, qui etiam antiquis temporibus, a Christianis fidelibus in diversis mundi partibus observabatur: videlicet, quod quilibet volens eo modo orare, dicit quilibet die ad honorem Dei, & Beatissimae Virginis Mariae, & contra imminetiam mundi pericula, totiens Angelicam Salutationem Ave Maria, quot sunt Psalmi in Psalterio Davidico, videlicet centies & quinquages, singulis decem salutationibus hujusmodi orationem Dominicam semel proponendo. Et iste ritus sive modus orandi, Psalterium Virginis Mariae vulgariter nuncupatur.

§.2. Unde Dux & Ducissa praefati propter singularem & sinceram quam ad ipsam B. Virginem Mariam gerunt devotionem, cupiunt ritum sive modum orandi praedictum, ad observandum ora aliquorum detrahentium, per Sedem Apostolicam approbari. Quare pro parte Ducis & Ducissae & aliorum fidelium plurimorum nobis sicut humiliter supplicatum, quatenus ritum sive modum orandi hujusmodi approba-

Dat. P. An. 8. die 9. Aug.

Exordium.

Orandi modus, qui Psalterium sive Rosarium B. Mariae Virginis appellatur in Ducatu Britanniae innovatus est.

Dux & Ducissa Papae approbationem petierunt.

Hic Pontif. approbat, & Indulg. concedit.

Quibuscumque non obstantibus.

Dat. P. A. die 9. Maii.

Ord. S. Dominici, & S. Francisci merita multa sunt.

probare, aliasque super praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur tam Ducis & Ducissae, quam aliorum fidelium piam devotionem in Christo habentium commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praefatum Psalterium, sive modum orandi praedictum, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, illumque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere, & licere decernimus & declaramus.

§.4. Et ut omnes & singuli Christiani fideles, ad devotionis opera & praedicto modo orandum eo ferventius inducantur, quo exinde animarum suarum facilius salutem consequi speraverint, universis, & singulis Christianis praefato modo orandi volentibus, ubilibet existentibus, praesentibus & futuris, pro quolibet vice qua sicut praemittitur oraverint, pro quolibet quinquagena praefati Psalterii, quinque annos, & totidem quadragesimas indulgentiarum misericorditer in Domino relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturus.

§.5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula loca in quibus illis opus esset.
Nulli ergo, &c.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, quarto *alias* 7. Idus Maii, Pontificatus nostri Anno octavo.

XXII.

Concessio gratiarum, & privilegiorum pro Ordinibus S. Dominici, & S. Francisci.

Hae Bullae auctoritate nuncupatur a Regularibus istis, eo quod multa contineat privilegia. Ultra quae, hic idem Pont. alia elargitus est eidem Ordini S. Dominici, ut sup. in Constit. 8. Regimini pag. 143. Et alia Ordinis S. Francisci ut sup. in eius Constit. 7. Regimini pag. 139. & utrobique notavi.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SACRI Praedicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, instar duorum primorum fluminum a coelestium voluptatum, & amenitatum Paradiso egredientium, sacrosanctae universalis Ecclesiae terram, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore arefcat, praeclearae doctrinae, virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt

duo Seraphim qui in sublimi contemplationis, & Seraphici amoris alis elevati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo divinarum laudum clamore, & immenso beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, ferventissimis praedicationibus populos instruendo, & ad coeleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundae segetis animarum scilicet Redemptoris Nostri Jesu Christi precioso sanguinis effusione redemptarum, copiosos in horrea Sanctae Ecclesiae manipulos referunt. Hi sunt duae tubae per quas Dominus praecipit ad pabulum sacri Evangelii universum populum assiduis praedicationibus advocari, ut in omnem terram exiret sonus eorum, & redderent sibi populum acceptabilem, & bonorum operum festatorem. Ad praedictorum igitur Praedicatorum, & Minorum fratrum Ordines quos pro eorum amplissimis meritis, & uberrimis fructibus quos in Dei Ecclesia continue afferunt praeteris paternam caritatem diligimus, nostrae considerationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quae in eis optatae quietis fructum inducant, & statum eorum faciant pacificum, & tranquillum.

§.1. Dudum siquidem ut Ordinum eorumdem professorum statui, & quieti consuleremus, Motu proprio nonnullas literas diversorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum dictis Ordinibus concessas, & in illis contenta approbavimus, & extendimus, ac nonnulla de novo eis concessimus, prout in diversis nostris literis desuper confectis plenius continetur.

§.2. Cum autem sicut postmodum accepimus per hujusmodi ampliationes, declarationes, extensiones, & concessiones, adhuc totali eorumdem Ordinum, & illorum professorum quieti plene ut expedit non consulatur, asseraturque a nonnullis per eandem literas, omnes gratias, spirituales & temporales, dictis Ordinibus & eorum domibus & fratribus a praedecessoribus nostris concessas approbatas non fore.

§.3. Nos attenta meditatione penitantes, quantum utilitatis ad exaltationem Christianae fidei, & evangelicae veritatis Ordinum praedictorum professores hactenus attulerunt, & asserere valeant, adjuvante Domino in futurum, ac propterea volentes, ut tenemus, eorum tranquillitati uberius providere; Motu simili, non ad ipsorum fratrum & fororum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quascumque literas & gratias, spirituales & temporales, concessiones, & indulgentias, ac peccatorum remissiones, in genere, vel in specie fratribus & fororibus Praedicatorum & Minorum Ordinum ac domorum eorumdem, necnon visitantibus illorum Ecclesias, Capellas, & Oratoria concessas, quarum tenorem, ac si de

Hic ideo Pontif. plurima ipsorum Ordinum privilegia approbavit, & alia concessit, ut in eius Bulla cit. in Rubra.

Sed eorum quieti plene non consulatur.

Confirmat itaque literas eorum gratias tam spirituales quam temporales.

Indulgentias eorum Ecclesias visitantibus concedit.

de verbo ad verbum presentibus infererentur haberi volumus pro expresso, presentium tenore approbamus, & robur firmitatis perpetue obtinere decernimus, proque potiori cautela, Apostolica auctoritate de novo juxta literarum desuper concessarum continentiam & tenorem concedimus & largimur.

§. 4. Et ut Ecclesie Domus, et Oratoria Prædicatorum et Minorum Ordinum prædicatorum per universum orbem constructe, et edificatę, et que constructę, et edificari contigerit in futurum, congrua devotione et veneratione a Christianidelibus visitentur, ac que imperfectę sunt perficiantur, ad complementum deducantur, et complete conserventur, et mantententur, necnon paramentis, et aliis ad divinum cultum inibi necessariis, debite ornentur, ipsique Christianideles ad dictas Ecclesias eo libentius confluant, et ad præmissa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęlestis gratię conspexerint se reflectos de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auctoritate consili, universis et singulis Christianidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui Ecclesias, & Oratoria domorum fratrum prædicatorum in singulis S. Dominici, & S. Francisci, centum annos, & totidem quadragenas, & in sanctorum Petri martyris, Thomę de Aquino, Vincentii, & Sanctę Catharine de Senis, ac Sanctorum Antonii, de Padua, & Ludovici Episcopi, Bernardini, & Sanctę Clare, & Beate Elisabeth festivitatum diebus, a primis vespere, & per totam diem ipsarum festivitatum quinquaginta annos, & totidem quadragenas devote visitaverint annuatim, & manus ad præmissa aut eorum aliqua porrexerint adjutrices, de inunctis eis penitentis, misericorditer in Domino relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Facultatem eligendi confessorum, &c. imparetur.

§. 5. Et ut prædicatorum Prædicatorum & Minorum Ordinum fratres tanto ferventius divinis beneplacitis insistant, quanto majoribus se viderint spiritualibus gratiis fore munitos, omnibus, & singulis Prædicatorum, & minorum Ordinum professoribus, qui nunc sunt, & pro tempore perpetuo erunt, ut confessor idoneus eorumdem Ordinum, quem quilibet pro se de sui Superioris licentia duxerit eligendum, eorumdem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus, & peccatis semel in vita, in forma confessionalis per nos edita, in mortis vero articulo plenariam absolutionem, & peccatorum hujusmodi remissionem impendere valeant, etiam si ante factam eorumdem Ordinum professionem eos decedere contingeret, similibus motu, scientia, & auctoritate indulgemus.

Facultatem Prælati Ordinum edocissam abolvere, &c. restituit.

§. 6. Facultatem vero a Prædecessoribus nostris concessam Magistro generali, & Prioribus provincialibus, & conventualibus, ac eorum Vicariis Prædicatorum,

ac Generali, & Provincialibus ministris, & eorum Vicariis, necnon Custodibus Minorum Ordinum prædicatorum, super absolutione fratrum eorumdem Ordinum suorum, & dispensatione cum eisdem, in quibuscumque casibus (preterquam illis pro quibus essent ad Sedem Apostolicam mittendi) & per nos approbatam, cum de latione casuum pro quibus mittendi sunt perstringentes, volumus quod Magister, & Minister generales prælati, & eorum Vicarii, & illi quibus ipsi Magister, & Minister generales prælati, & non alii facultate prædicta de cetero uti possint, illam omnibus aliis penitus adimittentes.

Gratias Ordinum, Scriptoribus, & Peritibus eorumdem Ordinum communicat.

§. 7. Et ne propter monasteria Monialium seu fororum sub cura, & institutis Ordinis prædicti fratrum Prædicatorum, & S. Clare, seu S. Damiani Ordinum sub ejusdem fratrum Minorum Ordinis curadegentia, S. Dominici, & S. Francisci de Penitentia nuncupatorum Ordinum utriusque sexus personas contingat eorumdem fratrum quietem turbari, motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus, quod hujusmodi monasteria, & loca, eorumque Abbatissa, & Priorissa, procuratores, syndici, oblati, & utriusque Tertii Ordinis prædicti de Penitentia nuncupate personę prædictę, eisdem privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, concessionibus, facultatibus, & indultis, spiritualibus, & temporalibus, prædictis fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinum, ac illorum professoribus, domibus, & locis, ac procuratoribus, syndicis, oblati, & commissis, seu alias quomodolibet per prædecessores nostros, aut nos hæcenus concessis, & in posterum concedendis, quavis auctoritate, quatenus earum sexui, & statui non contradicant, libere, & licite uti possint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorsus, & sine ulla differentia, ac si eisdem monasteriis, locis, & personis, Abbatissis, syndicis, procuratoribus, oblati, & commissis, fororum, & monialium earundem, ac personis utriusque sexus de Penitentia hujusmodi, nominatim concessa forent, & concederentur expresse.

Circa elemosynarum collectionem, & predicationem, non molestentur ab Ordinariis vel aliis

§. 8. Preterea, quia ut intelleximus exortis nonnumquam controversiis inter locorum Ordinarios, eorumque Vicarios seu Officiales curatos, & fratres prædicatorum Ordinum, variis occasionebus, locorum Ordinarii, eorumque Vicarii seu officiales, & curati prædicti, ne Christi fideles fratribus ipsis piis elemosynas erogare præsumant, suadere, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos ore prædicare, seu prædicari facere, seu pronuciare præsumunt. Locorum Ordinarii, eorumque Vicarii, seu officiales, & curati prædicti, ac etiam aliis quibuscumque dicta auctoritate mandamus, ut ab hujusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis, de cetero prorsus omnino abstineant, decernentes inhibi-

Defuncti possunt in locis Ordinum sepeliri cum eorundem habitu recepto a Prælati eorum.

Fratres habitati ad beneficia Ecclesiastica, non gaudent privilegio Ordinis, sine illius Prælatorum consensu.

inhibitiones ipsas, & mandata, nullius existerent firmitatis, & illis contravenientes, censuris hujusmodi minime ligari, ac eisdem persuadentes, & inhibentes, mandatoque nostro hujusmodi obtemperare non curantes (nisi penituerint, & persuasiones ac inhibitiones, & prædicta revocaverint infra triiduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso Ordinarios interdici ingressu Ecclesie, & suspensionis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, & alios vero inferiores ab eis excommunicationis sententiam incurrere.

§. 9. Cum autem nonnulli ad Ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum, specialiter gerentes devotionis affectum, eorum cadavera cum habitu fratrum Prædicatorum, vel Minorum, seu fratrum, vel fororum de Penitentia utriusque Ordinis prædicatorum, sepeliri mandent, & per sepe antequam moriantur habitum hujusmodi eis postulant exhiberi, decernimus habitum hujusmodi per Priorem domus Ordinis Prædicatorum, aut Guardianum domus Ordinis Minorum loci in quotalibus decedere contingeret, vel per Superiorem Prælatum ipsorum Ordinum, domorum, seu Prioratus, & guardianie, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quavis auctoritate, vel prælatione fungentem exhiberi debere, qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum Ecclesias debere sepeliri in eorum habitu, quorum habitum suscipiant, & illorum sic indultorum cadavera discooperata, nullo pallio, vel tegumento superimposito, cum habitu hujusmodi ad sepulturam deferri possent. Ordinarios, etiam sub censuris prohibitionem locorum qualibet in contrarium edita non obstantem, quas quoad hoc modificamus.

§. 10. Et ne ex habitatibus ad unum, vel plura beneficia Ecclesiastica, in titulum, vel commendam obtinenda, cum facultate interim donec illa assequantur pro capellanis aliorum in beneficiis Ecclesiasticis deservire, & quod etiam postquam beneficia hujusmodi assecuti fuerint in domibus dicti Ordinis residere, camereas habere, in illas, ac in generalibus atque provincialibus Capitulis fratrum eorumdem Prædicatorum, & Minorum Ordinum, vocem activam, & passivam habere, ac privilegiis, favoribus, & gratiis, & indultis concessis ipsorum Ordinum professoribus, gaudere possint, præfatis Ordinibus, & illorum professoribus gravamen inferatur, eisdem motu, & auctoritate decernimus, hujusmodi concessas, & quas concedi contigerit habilitationis literas, intelligi, & interpretari debere, ut fratres ipsi quibus literę hujusmodi concessę sunt, & concedentur in posterum, quandocumque per Sedem prædictam postquam aliquod beneficium adepti fuerint pacifice, aut pro capellanis in aliquibus Ecclesiis coeperint deservire, concessionibus prædictis (prout vocem activam, & passivam, residentiam in domi-

bus dictorum Ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & aliarum Ordinum præfatorum sunt, concernunt) de dictorum Prælatorum consensu dumtaxat gaudere possint, & non alias, nec alio modo. Idem statuentes de promotis ad cathedrales etiam titulares appellatas Ecclesias, & alias ecclesiasticas dignitates.

§. 11. Ceterum, ut dictorum Ordinum professores qui Inquisitores hereticę pravitatis pro tempore in diversis mundi partibus deputantur, tanto diligentius eorum officia studeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abstinere, quanto cognoverint posse eorum errores facilius corrigi & puniri, quod Magister Prædicatorum, & Minister Minorum Ordinum prædicatorum generales præfati, nunc, & pro tempore existentes, gesta pro tempore per ipsos Inquisitores suorum Ordinum respectively examinare, & querelas contra illos politas audire, ac super illis (quantum eis iustum, & æquum videbitur) statuere, & ordinare; & si in aliquo eos deliquisse invenerint, illos juxta excessum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem, ac alias corrigere, & punire, dictoque Inquisitores secundum quod æquum, & iustum aut necessarium videbitur (non tamen in una, eademque diecesis) multiplicare libere, & licite valeant.

Generales Ordinum coereant etiam Fratres frivolos Inquisitioni.

§. 12. Et Prædicatorum in Minorum, & contra Minorum Ordinum prædicatorum Inquisitores, in Prædicatorum Ordinum hujusmodi professores quoscumque officio inquisitionis hujusmodi fungi, illudque exercere nullatenus possint, absque Sedis Apostolicę licentia speciali, de presentibus literis specificam, & expressam faciente mentionem.

Inquisitores unius ex dictis Ordinibus contra alios non procedant.

§. 13. Postremo quia Prædicatorum, & Minorum fratrum prædicatorum Ordinum professores pro fidei catholice dilata-tione, incremento, & defensione, continue indefesse laborant, & eorum exemplari vita, predicationibus verbi Dei, audientia confessionum, sana doctrina, assidua sacrarum literarum instructione, & devota divinum officiorum celebratione, hereticorum extirpatione, aliisque innumeris piis operationibus præ ceteris Ordinum Mendicantium professoribus fructus in Ecclesia Dei salutare copiosius attulerunt hæcenus, & continue asserere non cessant, atque allaturos in futurum Deo propitio spe firma tenemus, & propterea convenit, ut ipsi præ ceteris ampliores favores, & gratiarum prerogativas a præfata Sede recipiant, & reportent, aliorumque Ordinum Mendicantium indultis, & privilegiis apud Sedem præfata gau-deant, ne illis inferiores esse videantur omnes, & singulas gratias, concessionem, indulgentias, & peccatorum remissionem, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, & indulta, spiritualia, & temporalia, qualiacumque sint Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, ac Ser-vorum B. Marię fratrum Ordinum, & il-lorum

Concessio gratiarum aliis Ordinibus concessarum Plenior concessio habetur.

lorum Ecclesiis, Oratoriis, & domibus, Prioribus, fratribus, & sororibus, conuersis, & oblatis, ac utriusque sexus personis de Pœnitentia nuncupatis. a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus prædictis, & a nobis, aut aliis auctoritatem habentibus, quæ omnia acsi nominatim exprimerentur haberi hic volumus pro sufficienter expressis, conjunctim, vel diuisim, in genere, vel in communi concessa, eisdem, & eorum cuiilibet, Prædicatorum, & Minorum fratrum Ordibus, domibus, Ecclesiis, Oratoriis, generali Magistro, Ministro, Prioribus, & Ministris provincialibus, conuentualibus prioribus, guardianis, sororibus, oblatis, conuersis, & utriusque sexus Tertii Ordinis, seu de Pœnitentia nuncupatis, & aliis eorundem Ordinum personis, de novo concedimus, & in eis locum habere volumus, acsi eisdem nominatim, directe, & expresse concessa fuissent. Mandantes etiam motu & scientia, & auctoritate prædictis, ut dum privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, & indultorum, dictorum fratrum Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Seruorum S. Mariæ originales literæ seu transumpta authentica, ex illis, pro, & in favorem Ecclesiarum, domorum, & fratrum prædictorum Prædicatorum, & Minorum Ordinum, adducerentur, vel exhiberentur, eadem fides in dubia adhibeatur, tam in iudicio quam extra iudicium, & aliis locis, quibus opus fuerit, acsi pro, et in favorem dictorum Ordinum, Ecclesiarum, domorum, et fratrum Prædicatorum, et Minorum a Sede Apostolica emanassent, ac eis, et cuiilibet ipsorum fuissent immediate concessæ.

Inhibicio contra perturbatores.

§. 14. Inhibentes districtius ipsis locorum Ordinariis sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac parochialium Ecclesiarum rectoribus, & aliis quibuscumque, sub excommunicationis lætæ sententiæ, & privationis eorundem Ecclesiarum parochialium, & omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso quo contrafecerint incurrendis, ne personis quibuslibet Ecclesiasticis, vel secularibus, in genere, vel in specie, directe, vel indirecte, aliquid inhibeat, precipiant, ordinent, vel statuunt, quo minus Ordines prædicti, illorum domus, & profectores, prædictis gratis eis concessis libere uti possint.

Derogatio contrariis.

§. 15. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis suspensionibus, revocationibus, & restrictionibus, ac provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, necnon Parisiensis, & aliorum locorum generalium Studiorum universitatibus, & curæ Vicegerentiæ Avinionensis, & quibusvis ordinariis Prælati ac personis concessis, & concedendis literis, privilegiis, ac per illos deputatis in eis conservatoribus privi-

legiorum huiusmodi facultatibus, & jurisdictione, cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, ac fortioribus, & insolitis, quibus omnibus illa etiam si de eis, eorumque totis tenoribus, & datis, non per huiusmodi generales clausulas etiam specialem mentionem importantes, sed specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, seu quævis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, quoad præmissa, specificæ, & nominatim derogamus, & ea nemini in præiudicium præmissorum suffragari posse aut debere, ac irritum, & inane quicquid fecus contigerit attentari decernimus, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis nostris, præfatis Ordinibus concessis, volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 16. Verum quia difficile foret præsentibus literas, &c.

Fides transumptorum.

Nulli ergo, &c.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, septimo Kalendis Augusti, Pontificatus nostri Anno octavo.

Dat. P. A. S. 26. Julii.

Sequitur declaratio §. 6. præcedentis Bullæ.

Exstat similis declaratio pro Fratribus prædicatoribus, data die 28. Martii hoc eodem anno, hic sedulo prætermissa.

SIXTUS PAPA IV. &c.

Expofuisti nobis, quod facultatem absolventi omnes, & singulas utriusque sexus vestri Ordinis personas, ab omnibus præterquam certis tunc expressis casibus, & super irregularitatibus dispensandi, tibi, & Prioribus Provincialibus, & Conuentualibus, & eorum Vicariis pro tempore existentibus, vel ab eis deputatis alias concessam ad te, & Vicarios tuos dumtaxat, & ad eos quibus tu illud committendum duceres restrinximus, prout in singulis literis desuper editis plenius continetur, unde fit ut difficile admodum exiit pauperibus fratribus tui Ordinis, præsertim in longinquis partibus agentibus pro huiusmodi absolutione ad te, & tuos Vicarios, longe aliquando remotos accedere, proinde humiliter supplicasti ut desuper opportune fratribus, & personis præfatis ne sic vagari cogantur, providere dignaremur.

Causa huius declarationis.

§. 2. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati tenore præsentium decernimus, & declaramus, quod tu, & tui successores, & Priores, Provinciales, ac eorum Vicarii pro tempore existentes, & hi quibus vos committendum hoc duxeritis, eandem absolventi ab ipsis casibus præfatis personas utriusque sexus vestri Ordinis, & super irregularitatibus dispensandi habeatis facultatem, quam per priores literas huiusmodi ante restrictionem habebatis. Priores vero conuentuales illam solum-

Declaratio §. 6. Bullæ præfate, re eorum absolutionem Fratrum.

solummodo habere censeantur quam prius habebant ex privilegiis, & literis prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum.

Obstantium derogatio.

Dat. die 16. Julii 1481. An. X.

Ex Archivis in Regest. Vat.

§. 3. Non obstantibus literis superioribus restrictionis nostræ huiusmodi, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimasexta Julii, millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, Pontificatus nostri Anno X

XXIII.

Sacellum juxta Basilicam Sancti Petri Sixtinum a se nuncupandum erigit, ibique Indulgentias & alia elargitur.

SIXTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Romanus Pontifex, cui a Domino in terris collata est ligandi potestas, atque solvendi, ad excitandam devotionem fidelium suæ curæ commissorum nonnunquam Ecclesias, Capellas, ac loca in honorem tam Sanctorum, tam olim, quam etiam novissime dedicata indulgentiarum numeribus ornat, ut fideles ipsi sanctorum eorumdem recolentes memoriam, & Ecclesias, Capellas, ac loca ipsa pro consequendis peccatorum remissionibus visitantes, quod alias suis meritis non valeret impetrare apud Deum, illorum intercessionibus facilius consequi mereantur.

Sixtus novam Cappellam juxta Basilicam S. Petri erigit.

§. 1. Sane postquam reparationi, restorationi, & constructioni multarum, Almar Urbis Ecclesiarum intenderamus, considerantes tamen extremæ peregrinationis nostræ diem, cogitavimus apud Basilicam Principis Apostolorum de eadem Urbe, ad quam specialem gerimus devotionis affectum, nostram eligere sepulturam, ac ob id extrâ & juxta ipsius Basilicæ dextrum parietem amplam Capellam cum altari construi & ædificari fecimus pro divinis officiis inibi ad laudem divini nominis honorificè & devote persolvendis.

Conceptioni B. Virginis M. dedicat.

§. 2. Nos igitur, qui ad gloriosam Domini nostri Jesu Christi Genitricem Virginem Mariam, ac Sanctum Franciscum, & Sanctum Antonium de Padua, quorum meritis & intercessione Altissimus non solum nos ex Ordine fratrum Minorum, qui ab eodem Sancto Francisco sumpsit exordium, & in quo a teneris annis juxta illius regularia instituta vitam duximus, ad Cardinalatus honorem, & tandem ad summi Apostolatus apicem, cum nostra ad id merita non juvarent, evexit, sed quam plurimas alias uberimas gratias nobis hæcenus concessit, & continuo concedere non cessat, specialem gerimus devotionis affectum, & illius vices tenemus in terris, cujus perfecta sunt opera. Cupientes opus Capellæ huiusmodi ad optatum suæ dedicationis finem perducere, ut Christiani fideles illam eò devotius studeant congruis frequentare

Par. III. Tom. III.

honoribus, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiæ uberius conspexerint se refectos. Capellam ipsam, & in ea constructum altare prædictum per Venerabilem Fratrem nostrum Petrum Guillelmum Archiepiscopum Salernitanum Referendarium nostrum domesticum & continuum commensalem in nostra, & Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium, ac Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum Romanæ Curie, & multitudinis populi præsentia, hodie Missam in eadem Capella celebrantem Omnipotenti Deo, in honorem & sub invocatione Conceptionis prælibatæ Virginis Mariæ, cujus festum etiam hodie in institutione Romæ Ecclesiæ solemniter celebramus, ac Sancti Francisci, & Sancti Antonii prædictorum auctoritate Apostolica presentium tenore de ipsorum Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu, opportunis ad id in eodem altari collocatis Reliquiis, & convenienti dote ipsi Capelle per nos constituta, dedicari & consecrari fecimus.

Dotem eis fundat.

§. 3. Idcirco de ejusdem omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, universis Christianis utriusque sexus verè pœnitentibus & confessis, qui Capellam ipsam nunc visitant, & tam hodie, quam deinceps annis singulis ipsa Conceptionis ejusdem Virginis Mariæ, qua etiam anniversarii dedicationis huiusmodi commemorationem fieri, & festum celebrari volumus, ac eorumdem Sancti Francisci, & Sancti Antonii festivitatum diebus a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum festivitatum earundem devote visitaverint annuatim omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem elargimur.

Indulgentiam certis statutis diebus eam visitantibus elargitur.

§. 4. Et insuper nonnullorum Prædecessorum nostrorum qui mulieribus, ne ad Sancta Sanctorum in Lateranensi, & quædam alias in reliquis præfate Urbis Ecclesiis consistentes capellas, certis tunc expressis diebus dumtaxat exceptis ingrederentur sub censuris & pœnis Ecclesiasticis inhibuisse dicuntur, vestigiis inhærendo, ut divina officia in antedicta Cappella sine strepitu mulierum quietius & devotius peragantur, Universis mulieribus, ne sub Conceptionis Virginis Mariæ, & Sanctorum Francisci, & Antonii, ac in illorum honorem dedicatam hodie Capellam prædictam ullo unquam tempore, præterquam indulgentiæ prædictæ, & anniversarii obitus nostri diebus intrare ullatenus præsumant sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna districtius inhibemus presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Aliis temporibus mulieribus interdicitur ad eam accessus.

§. 5. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo, septuagesimo nono, sexto Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno nono.

Dat. die 6. Decembris 1479. Pontif. An. IX.

XXIV.

Suppressio, & extinctio nove Religionis sub Invocatione, & Instituto S. Joannis Hierosolymitani in Ditione Florentina noviter excitata, cum Personarum ejusdem ad alios approbatos Ordines translatione.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Quia in futurorum eventibus sic nonnunquam humani fallitur incertitudo iudicii, ut quod conjectura probabili, & interdum attenda consideratione utile videbatur, solet Sedes Apostolica nonnunquam quod consulte statuit, temporum, & personarum varietate, qualitate, & conditione inspecta, ex sanioris inspectione iudicii revocare.

Alexandra de Alfani huius Ordinis fundatrix.

§. 1. Dudum siquidem pro parte quondam Alexandræ de Alfani puellæ Florentinæ nobis exposito, quod ipsa, quæ ab ineunte ætate in timore Domini educata vitam cœlibem, & heremiticam ducere cœperat, & ex bonis sibi a Deo collatis, præsertim domo paterna, ob specialem, quam ad Beatum Joannem Baptistam Precursorem Domini se gerere allerebat devotionem, quædam Heremitoria cum oratoriis ordinaverat, in quibus nonnulla alia puellæ Virgines secum Domino deferentes laudabiliter vivebant, credebatur, quod si ex Heremitoriis, & Oratoriis prædictis Monasterium in honorem ejusdem sancti, ac in eadem Civitate, & Diocœsi, aliisque dominiis Florentinis, nonnulla alia monasteria tam virorum, quam mulierum cum Christi fidelium adiutorio, & largitione fundare, & erigere, & fideles ipsos ad hoc sollicitare, et inducere ex Apostolica licentia posset, in quibus, virorum videlicet, Presbyteri ad prædicandum, et divina celebrandum, Laici vero, ut et tanquam athletæ Christi ad pugnam pro fide Catholica contra perfidos Turcos, et infideles cum solemnibus professionibus trium substantialium votorum per milites Sancti Joannis Hierosolymitani, emitti solita, mulieres autem Virgines dumtaxat simili professione adstrictæ sub clausura perpetua ac observantia Regulari altissimo vota sua redderent cuiuscumque etiam status, gradus, ordinis, vel conditionis existerent, quæ ut libere ingredi, et professionem huiusmodi emittere possent, reciperentur, qui omnibus, et singulis indulgentiis, gratiis, indultis, libertatibus, privilegiis, favoribus, et exemptionibus, quibus fratres hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, et aliamoniales gaudebant, et utebantur, seu gaudere, et uti possent, gauderent, et uterentur, id profecto in Christiana fidei,

Leges tam Viris, quam Mulieribus, seu Monialibus date, communes cum Fratribus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

et Religionis, augmentum, divini cultus propagationem, animarum salutem, et fructuosum exemplum cederet plurimorum.

§. 2. Nos dilecto filio nostro Stephano tituli Sanctæ Mariæ in Transiberim, tunc Sancti Adriani Presbytero Cardinali, ut de præmissis se diligenter informaret, et quæ inveniret nobis referret, vivæ vocis oraculo commisimus.

Cardinali S. Adriani commissum, ut super his inquireret.

§. 3. Et comperto ex ejusdem Cardinalis relatione quod dicta Alexandra dicitur vitæ austeritate, et morum Sanctimonia fide dignorum testimonio plurimum commendabatur, ipsius Alexandræ supplicationibus inclinatus, prætata Alexandræ, ut ex domibus, heremitoriis, et oratoriis huiusmodi quædam ac in Diocœsi, et dominiis prædictis alia Monasteria huiusmodi erigere, et fundare, et ut erigerentur sollicitare de speciali licentia Ordinarii locorum absque tamen juris alicujus præjudicio gratiosè concessimus, et quod ingredientes Monasteria huiusmodi facta professione per eos, ac pugnantes, Ministri, et servitores eorumdem omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, indultis, libertatibus, et exemptionibus, quibus fratres hospitalis prædicti utebantur, seu uti possent, et gauderent quomodolibet in futurum, uti, et gaudere, possent, & valeret absque ulla differentia in genere, & in specie in omnibus, & per omnia, ac si eisdem, & erigendis Monasteriis huiusmodi specialiter, & expresse concessa forent, seu fuissent, indulgentis, & quibusvis personis cuiuscumque gradus, seu conditionis existerent, ut Monasteria prædicta ingredi, & professionem huiusmodi inibi emittere, & altissimo famulatum reddere possent permittimus, & cum illis desuper dispensavimus, ac omnibus, & singulis utriusque sexus personis, quæ in eisdem Monasteriis, professionem huiusmodi emitterent, necnon pugnantis Ministris, & Servitoribus prædictis plenariam indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum suorum in forma Ecclesiæ consueta semel in vita, & in mortis articulo largiri curavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Data auctoritate Apostolica facultas novum hunc fundandi Ordinem, etque communitatem omnia & singula privilegia, quibus fructuantur Fratres Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

§. 4. Cum autem, sicut nuper accepimus, persone utriusque sexus, quæ literarum prædictarum prætextu in fratres, & sorores dictæ Alexandræ receptæ fuerunt, & professionem emisissent antedictam, dicta Alexandra jam vita functa, opportunis ad religiose, & honeste vivendum habitationibus, & clausuris, ac facultatibus pro earum decenti sustentatione carentes, eam, quam decet Religiosas personas, exemplarem, Deo gratam, & apud homines commendabilem vitam ducere commode nequeant, immo, ut plurimum ex Christi fidelium piis suffragiis, pro quibus habendis quæstuariorum more per diversa loca discurrunt, se sustentent, & ex illorum modo vivendi divini cultus augmentum cum animarum salute minime proveniat, ut sperabamus, tempore datæ literarum

Mortua Alexandra Religiosa, ac Moniales destituta sunt oportunitas facultatis ad sustentandam hinc reclamante Magistro Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

tetarum prædictarum, immo ex illarum vivendi ritu, & modo huiusmodi murmuraciones, & scandala per sepe in mentibus fidelium exoriantur, & dilecti filii magister, & fratres hospitalis prædicti huiusmodi nove Religionis institutione sub invocatione præfati Sancti cum privilegiis eorumdem communicatione æquo animo tolerare nequeant.

Novum hunc Ordinem supprimi Pontifex.

§. 5. Nos, qui animarum salutem, & quietem quarimus singulorum, personarum prædictarum statui consilere volentes, & ne aliqui ex illarum vita huiusmodi scandalizentur, providere volentes, ut tenemur, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia literas nostras prædictas, ac omnia, & singula in illis contenta auctoritate Apostolica presentium tenore revocamus, erectamque per illas novam Religionem, seu vivendi modum, ac Monasteria prædicta penitus, & omnino supprimimus, & extinguimus.

In eoque profectis alium ex approbato Ordinem in gremio præcipit.

§. 6. Ac volumus, quod persone in eadem sic Religione receptæ, siquidem dum sic receptæ fuerint in aliquo ordine per Sedem Apostolicam approbato professionem emisissent, ad illos redire, si vero alicujus ordinis Professores non erant, ad aliquem ex eisdem approbatis ordinibus, in quo benevolens invenerint receptores, infra mensem, postquam præfatis literis nostræ in Cancellaria Apostolica publicatæ fuerint, se transferre omnino teneantur, & susceptum per eas habitum novæ Religionis prædictæ nullatenus gestare, aut se de Religione prædicta nominare, seu nominari facere, & in erectis Monasteriis prædictis morari, aut literis prædictis alias uti quomodolibet præsumant sub excommunicationis lata sententiæ poena eo ipso per eos, qui contrafecerint incurrenda.

Commissarii ad hoc deputati.

§. 7. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Salernitano, & Barcinonensi, & Civitatis Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios illas ex personis prædictis, quas excommunicationis sententiam huiusmodi eis incurrisse constiterit, quoties desuper per aliquem ex fratribus dicti hospitalis fuerint requisiti, excommunicatos publice nuntient, & faciant ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius evitari, donec præfatis nostris literis paruerint cum effectu, & meruerint a dicta excommunicationis sententia absolutiois beneficium obtinere, ac legitimis super his habendis servatis processibus illos iteratis vicibus aggravare, & ad parendum præfatis literis nostris præcisè compellere procurent, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Obstantium derogatio.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque seu si personis præfatis, vel quibusvis aliis communitate, vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdicti suspendi, Tom. III. Par. III.

vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo, &c.
Si quis autem, &c.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, quarto Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno nono.

Dat. die 29. Januarii 1480. An. IX.

XXV.

Ampliatio jurisdictionis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, & Magistrorum vicariorum Urbis, circa ædificia ad ejus ornatum construenda, una cum privilegiis ejusmodi ædificia constructurum, vel ampliantium.

Hoc antiquissimum officium jam pene destitutum reintegravit Mart. V. ut sup. in ejus Const. XV. Et in pag. 452. Tom. III. Part. II.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ETSi de cunctarum Civitatum temporali dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum, decore, & venustate cogitare nos deceat: ad nostram tamen Almam Urbem Apostolorum Petri, et Pauli glorioso Martyrii cruore Domino nostro Jesu Christo consecratam, Civitatem sacerdotalem, et regiam, ejusque decorem, et venustatem, tanto accuratius aciem nostre considerationis extendere nos convenit, quanto illa caput est orbis, et Altissimus in ea sacerdotii principatum, et Christianæ religionis caput instituit, et sui Vicarii Sedem, ad quam de universis mundi partibus Christianifideles conflant in numero copioso, voluit collocari.

Exeridium.

§. 1. Cum itaque via, et strata publicæ ejusdem Urbis, in plerisque locis, causantibus porticibus, profectis, et aliis variis ædificiis domorum litarum juxta illas, adeo arctè existant, ut per eas commode deambulari, et necessaria ad victum multitudinis Civium Romanorum, et Curialium, ac aliorum in ipsa Urbe habitantium, et confluentium ad eandem præsertim temporibus Indulgentiarum Anni Jubilei, et aliarum concessarum per nos, et prædecessores nostros Romanos Pontifices, visitantium Apostolorum præfatorum Basilicas, et alias ejusdem Urbis Ecclesias, deferri commode nequeant, et in quibusdam locis vix singulariter singuli equestres se obviantes, in eis transire possint per easdem, idque cedat in non modicam ejusdem Urbis deformitatem, ac Civium, Curialium, et confluentium prædictorum incommoditatem. Et propterea nos habita super iis deliberatione, matura decrevimus, vias ipsas, præsertim quæ

Causa istius conflict.